

9083 imp. Caes. M. Aurel. | Antonino Aug., | imp. Severi Aug.
n. fil., | tribunic. potest. VI¹, | consul., proconsul., | legio I M. p. f.

9083^a divae | Iuliae² | leg. I Min. | Antonini|ana p. f.

Bonnae rep. a. 1909 (Lehner Roem.-germ. Korresp.-Blatt 3, 1910 p. 34. 33).

— 1) A. 203. — 2) Cf. supra N. 8920^a. *Titulus videtur positus imperante Elagabalo. Titulum, quem sub huius successore posuit legio prima Minervia Severiana Alexandriana, habes XIII 8017.*

9084 d. m. s. | C. Iulius Martia|lis veteranus | leg. II Adiutri-
cis | piae fidelis quae | habitat in Pano|nia inferiore A|cinco.¹ (*A sinistra*)
d. m. s. | C. Iulius Heren|nianus vixit | annis XIII, | h. s. e.

Thuburnicae in Africa (VIII S. 25740 descr. Carton bull. Comité 1895 p. 337).

— 1) Cf. supra N. 2288 not. 5. N. 2320. 2355. 2409 cet.

9085 d. m. | L. Gargilius L. f. | Quirina Felix¹ | Tacapis² vet.
leg. I Ad. p. f., missus missione | nummaria³ ann. | . .

Prope Poetovionem rep. a. 1910 (Rak Jahrb. f. Altertumskunde, Wien, 3, 1910 p. 169 cum imagine). — 1) Gargilios Felices multos dedit Africa (C. VIII ind. p. 1000 et n. 20436; X 3400 ut notavit Kubitschek Jahrb. l. c.). — 2) Notum oppidum Africanum, cf. supra N. 151 (in lapide videtur esse Cacapis vel Gacapis). — 3) Veteranum legionis secundae Adiutricis, deductum Poetovionem missione agraria, habuimus supra N. 2462 (Kubitschek l. c., qui confert etiam cod. Theod. 7, 20, 3: veterani . . . terras accipiant . . . et ad emenda ruri necessaria pecuniae in nummo viginti quinque milia follium cet.; qui autem negoti gerendi habuerit voluntatem, huic centum follium summam immunem habere permittimus).

9086 d. m. | Cossutius Eu|tyches Aureli|ae Romanae coniugi
kar. dulcis. | benmer. fecit, cum | quo vix ann. XXVIII, | secund.
Parthica Se|ver.¹, Faviano Muc. | con.² III idus April.

Romae rep. in coemeterio Domitillae via Ardeatina (VI 32877 vidit Gatti).

— 1) *Legione secunda Parthica Severiana.* — 2) *Fabiano et Muciano consulibus (a. 201). Notabile, ut notavit Mommsen, Severianae cognomen legioni inditum in honorem Septimii Severi, cum praeterea hoc nomen in numeris militaribus sub Severo Alexandro demum reperitur.*

9087 Aurel. Mucatra R.¹ | mil. legion. sac. Pa. | Filipi. ani²
cho. V³ | stato prioris⁴, | stationarius⁵ muni|cipio Habae.⁶, inbic[t]o⁷
daeo promisu fec. | libies hanim.

Prope rudera Aveiae rep. (Persichetti Notizie degli scavi 1902 p. 68; Domaszewski Roem. Mitth 1902 p. 330 vidit ectypum). — 1) Fortasse latet mentio originis militis (Dom.). — 2) Intellege: miles legionis secundae Parthicae Philippianae, 3) cohorte quinta, 4) centuria hastati prioris (cf. supra N. 2332 not. 6). — 5) Cf. N. 9072. — 6) Intellege: Aveiae. — 7) inbiceo lapis; intellegendum: invicto.